



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax
Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus
Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich
Heripoli, 1680**

III. De ordinatione Regularium passiva.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

accidentaliter sibi tributam metit
commissione Delegantis, quæ pra
ac strictè juxta verborum limites de
attendit DD. ad c. P. & G. 40. X
off. & pot. *jud. deleg.*

103. Patet III. Quantum ad quic
publicam sœpius conferat sola titu
rum retentio: dum res plurimæ mag
cum adipiscentium fructu obtinen
cile possunt, dummodo retineantur
tiqua vocabula; vel termini priori
non ita palam contrarii substituan
subditis non gravatum id subeuntur
quod cum apparente saltem veteri
privilegiorum aut jurium conserva
ne non pugnare videtur.

CAPUT III.

De ordinatione Regularium passiva.

104. *Ecclesia solleitudo circa ordinando*
de triplici Episcopo ordinandorum.

105. *Quid hac in re mutatum circa Regi*
rest?

etitur
e prae
tes de
o. X
quiet
a tenu
x mag
tinent
antur
rior
situau
untib
veter
serva
ariun
ndor
s Rep
104. **Q**uantâ olim sollicitudine in id
intederit S. Mater Ecclesia, ne
quis ordinaretur ab alieno Episcopo, ni-
si de proprii Antistitis consensu per lit-
teras Dimissorias expresso, constitutio-
nes SS. Pontificum & antiqui Canones
passim ostendunt. Præter Episcopum
verò Beneficii seu Ecclesiæ, cui olim
quisque tempore primæ tonsuræ incar-
dinatus, seu inscriptus fuit, Episcopos
Dominicilii, & originis etiam hac in par-
te agnitos fuisse probatur exemplo S.
Hieronymi, Evagrii, & aliorum. Solem-
netamen erat amore pacis & Discipli-
næ, ut Clericum uni Ecclesiæ adscri-
ptum nemo deinde aliis ordinaret, re-
ciperet, vel occultaret, nisi in ordina-
tione is professus fuisset, se Episcopi or-
dinantis Ecclesiæ non velle addici, pro-
ut S. Hieronymus epist. 61, à Paulino li-
cet Antiocheno Presbyter ordinatus,
Clericum nihilominus Antiochenum se
negavit, quod in ordinatione sua Ejus

D

Clero

Clero se non addicendum protesta
suisset.

105. Variis tamen de causis ab
usu & Jure recessum fuit: I. Ob hol
lem Provinciæ, in qua ordinati fueri
devastationem *Cone Chaleed.* c. 20.
Ob zelum rapientium, accedente
tissimum indicio quodam voluntatis
vinæ, & proprii Episcopi factum p
bantis cessione, ut de S. Martino
mus è Pictaviensi Clero ad Episcopat
Turonensem abstracto. III. Ob p
sumptam Episcopi proprii voluntate
quemadmodum de Cypri Episcopisi
vimus, eos, licet non sinè tristi even
libenter sibi hoc mutuo concessisse.
hæc quamdiu rigor ille primus Eccles
asticæ disciplinæ permanferat: quo no
nihil immunito, triplex illa quidem
Episcopi originis, Domicilii, & benc
eii differentia persistit; Regularibus lam
men, non extra praxis antiquæ vestig
cit. Episcopus Domicilii solum, quo ad
dines recipiendos, assignatus fuit xir,

Concilio Tridentino *ses. 23. refor. c. 10.*
 junctâ Gregorii XIII. Constit. *In tanta
 rerum.* Et declaracione editâ jussu Cle-
 mентis VIII. verosimiliter ea de causa,
 quod, cùm Religiosi Beneficiorum in-
 capaces fiant per Professionem c. *quod
 Dei. s. 2. de statu Mona:* ac per ean-
 dem sâculo, & proinde loco originis
 moriantur c. *Placuit. 8. XVI. q. 1.* vaga
 ordinum recipiendorum licentia hand
 aliter coerceri posse visa fuerit, indignis-
 que aditus omnis præcludi, quâm si or-
 dinandi tantum essent in loco habita-
 tionis suæ, in quo maximè noti esse sup-
 ponuntur. Unde tametsi B. Pius V.
 Constit. *Etsi mendicantium ordo.* fratri-
 bus mendicantibus habenas nonnihil
 laxaverit, visis tamen multis ac magnis
 incommodis, & scandalis, quibus præ-
 fatus Pontifex, si supervixisset, mede-
 lam afferre intenderat. Gregorius XIII.
*cit. constit. In tanta rerum illam B. Pii
 V. ad terminos S. C. Tridentini redu-
 xit,*

D 2

CAPUT